

forensium, ad politiam Israelis pertinentium, discrimine à legibus moralibus, vid. L. de Lege.

(2) Deus egressus est, egrediturque adhuc hodie, in commodum populi sui, quando novo modo suam exerit probatque presentiam auxiliatricem. Egressum hunc suspiriis petamus devotis: Num. X, 35.

[3] De Lingua dono, de Lingvarum diversis generibus, de incommodis ignorata lingua in aliquo populo, &c. agi solet circa Pentecostalia Lingvarum dona: Act. II, 4. seqq.

USUS E VERSU VII.

[1] Onera civilia, tyrannicè nonnunquam imposita, auferre solet Deus vel imminuere mirabiliter. Ipse implorandus imprimis, etiam tum, cum multiplicantur lateres. L. de magistr. item IV. præc.

[2] Labores manuarii non imponendi sunt indebite, ne clamor exsurgat in cælum, &c.

(3) Liberatio nostra per Christum removit onus legale, servitia peccati, sorditiem carnis, &c. conf. 1. Pet. II, 9.

USUS E VERSU VIII.

(1) Invocandus Deus in anxietatibus: Psal. L, 15. v. I. præc.

(2) Angustia non sunt unius generis. L. de Cruce.

(3) Eripit Deus mirabiliter, tempestive, benigne, &c.

[4] Respondet, exaudiendo ipso facto. Metum incutit, tonando fortiter, sicut Exod. XIV, 19. 24. Cujusmodi & hodie suppetunt ipsi media exterrendi innumera.

[5] Dum necessaria (aqua panisque) deficiunt, probari credamus à Deo nostram fidem, patientiam, &c. vid. Exod. XVII, 7.

USUS E VERSU IX.

(1) Audiendus est Deus, quoties alloquitur per verbum sive scriptum, sive oraliter propositum: qui vos, me audit: Luc. X, 16.

(2) Testificatur Deus, quando in rebus ad veritatem caelestem salutemque nostram spectantibus convincit conscientias, &c. Psal. L, 7. 2. Pet. I, 20. Noli igitur hinc obicem ponere Spiritu Sancto: Act. VII, 51.

USUS E VERSU X.

(1) De Diis peregrinis, imò de idolo philavria &c. vid. C IX, 4. I. præc.

(2) De cultu adorationis soli Deo debitò, ibid. Conf. 1. Cor. II, 6. Jef. XLII, 8.

USUS E VERSU XI.

(1) Beneficia, majoribus nostris dudum defunctis exhibita, ut b. l. educatio ex Ægypto) etiam posteros hodiè quo obligant. L. de Gratitudine.

(2) Educatio Isr. ex Æg. præludium liberationis Messia ex servitute Satànica.

(3) Nostrum est, os aperire, mere passive nos gerere, oblatam gratiam admittere, Spiritui non oblectari.

(4) Deus est, qui nos bonis replet verè saturantibus:

PSALMI LXXXII. DISPOSITIO.

Magistratus negligens. Judices Dii.

Est hinc I. Exordium, introducens ipsummet Deum, magistratùs à se constitutos arguentem: *DEus consti-*

gratis, abunde, &c. Jef. LV, 1. Si copiosius non replearis, culpa residet in te, os tuum non satis aperiente.

USUS E VERSU XII.

(1) Vocem Dei audire nolle, est sibi ad perniciem viam struere. Fit hoc instinctu Satana, amore secularium, præconcepta opinionis studio, &c. Matth. XXII, 5. Prov. I, 24. &c.

(2) Deum viribus propriis non possumus diligere: Rom. II, 7. possumus tamen oblatam gratiam pertinaciter repudiare: Matth. XXIII, 37. adeòque perniciem propriam accelerare: Hof. XI, 9.

USUS E VERSU XIII.

(1) Subtractio gratia, traditio in reprobum sensum, permissio, quæ homo sibi ipsi relinquitur, mala sanè gravissima. Exemplo sint gentiles, Rom. I, 28. item Saul, Achitophel, Judas, Cain.

(2) Consilia humana præteritis divinis, non possunt non perducere ad perditionem extremam Prov. I, 30.

USUS E VERSU XIV.

(1) Gratia div. est serena, exoptat salutem hominum, (utinam!) indignatur, quando oblatam recusant; Matth. XXII, 7. omnia ex parte Dei sunt parata, ib. v. 4. jurat, se mortem peccatoris nolle, Ezech. xxxiii, 11. quomodo igitur absolute reprobasset partem hominum maximam? contra Calv.

(2) Nostrum est, Audire Deum: nec non

(3) in viis ejusdem ambulare: vid. Psal. I, 1. quorsum omnia nostra dicta, facta motionesque.

USUS E VERSU XV.

(1) Absque labore omni ac citra moram humiliare Deus potest hostes, etiam ferocissimos, ad instar Pharaonis, Sennacheribi, Sifera, &c. Quid ergo titubat fides nostra?

(2) Humiliamini, ò mortales miseri, ulterò sub manu Domini, antequam hoc faciat Deus ipse: 1. Pet. V, 5. seqq. Luc. XIV, 11. XVIII, 14. Ezech. XXI, 26.

(3) Manus Dei extensa prosternit erectos, erigit prostratos. Luc. I, 51.

USUS E VERSU XVI.

(1) Ofores ecclesie sunt ofores Dei ipsius: Act. IX, 4.

(2) Ad obsequium externum contra voluntatem adiguntur non raro hostes; mentiunturque hypocriticè subjectionem, sed mentiuntur sibi ipsi cum damno suo maximo. De hypocrisi præc. I.

(3) Longævitas, & prosperitatis constantia, prami-um pietatis: 1. Tim. IV, 8.

USUS E VERSU XVII.

(1) Alimenta, eaque delicata & præstantia, subministrantur à Domino gratioso & in Christo bene nobis cupiente.

(2) Nutrit Deus recreatque tam corpus, quam præcipue animam & hinc & illic.

tit in cætu sacrò: judicat in mediò Deorum: vers. I.

II. Corruptio ubi (1) quæstio exprobratoria
O o o